



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Martinianus C. 13.. Februarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

Feb.  
hx in  
mper  
108.  
i.  
suos  
con-  
uem  
uam  
ula-  
ANO  
spi-  
o in  
n se  
nia-  
mi-  
lati  
ictâ  
ul-  
Mox  
Hic  
entes  
m-  
efas  
um  
pas  
ac-  
fu-  
it.  
Set  
or-  
is,  
ta-  
uò  
ti-

13.Feb. VITÆ SANCTORVM. 93  
hospitibus nobilioribus jam frequentari ædes vi-  
debat. Ex Petr. de Natal.

Ille viam Domino suo parat, qui luxuriantis carnis  
respuens voluptates, toto mentis sua spiritu suspensus ad  
Deum vigore se castitatis accingit: optimam parat Do-  
mino viam, qui cogitationes suas avaritia & fluctibus  
astuantes serena conscientia tranquillitate compescit.  
S.Max.hom.de S.Joan.

S. MARTINIANUS C. 13.Februarii.

V Itam solam MARTINIANVS agere cœpit octo  
& decem annorum adolescens. Dæmon ma-  
lus ejecturus statione suâ militem, veteris serpen-  
tis exuvias induit. Sed nihil nisi risum retulit, quo  
meritò humi eum repere post casum tam altum  
dixit. Quid ageret victus serpens? ut virum deci-  
piat, iterum mulierem subornat. Adest hæc pan-  
niculis involutâ, & velut à viâ exerrasset, magnis  
ejulatibus, ne in pabulum feris cedat, id noctis  
hospitium orat; aperit MARTINIANVS à feris fe-  
minam defensurus, se lupæ objecturus; penitiori-  
bus tamen adytis clausus pernoctat. Sed manè mu-  
lierem ecce tibi mundo omni ad miraculum su-  
perbam! Videt hanc, & basiliscum videt. Audit,  
& Sirenem audit, & dæmonis victorem pænè mu-  
lier vincit. Experrectus tamen veluti à somno  
ignes fecit ingentes, pedibusque insultans, age  
dixit, lubeat peccare, si vel has flamas lubet fer-  
re. Extinxit hic rogos Veneris ardorem, tum præ-  
cipue cum lacrimas meretricula etiam, damnatâ  
jam Venere, affudit. Cæterum MARTINIANVS in  
rupem è medio mari eminentem secessit. Hic  
quoque dum Charybdim fugit, in Scyllam mini-  
mo minus incidit, & Venerem planè regnare in  
maris

mari discit. Ecce enim naufraga puella, & ad perniciem oculorum pulchra in rupem enatat. Hic verò MARTINIANVS ignes præventurus in mare abjicit. Quid expectas, lector? Delphines tergo excipiunt, & littori salvum reddunt. Vides, puto nunc, quid in homine hi ament. *Ex Metaphr.*

*Multi Diaboli fluctus sunt in hoc mundo, tentationum multa naufragia; à quibus ita liberari possumus, si clamantibus manum suam Salvator extenderit: Nos ergo clamare ad Dominum non cessemus, ille auxilium solitum non negabit.* S. Maxim. hom. Hyem. ult.

## S. JORDANUS CONF. 13. Februarii.

**Q**uem nudus in cruce Christus movet, illi regere hunc à JORDANE discat, qui cum pauperi, quando ad manum nummi non erant, balteum argenteum dedisset, templum mox ingressus exornatum eo Christum crucifixum advertit. Pulchrè locatum credidit: quin ut totum jam Christū tegeret, omnibus se nudavit, & ad D. Dominici paupertatem nudus confugit. Subinde tota familiæ illi præfuit. Mira in eo adolescentum animos ab humanis avellendi, & trahendi ad æternas & dexteritas. Eloquentiâ suâ quocumque voluit totam concionem impellere novit, multum eam ob rem ab orco infestatus. Interea tamen Cælitæ, & ex his præcipue Cælitum REGINA favabant JORDANI. Quare ad hunc sceleribus oppressos velut ad doctissimum medicum non semel ipsa misit. Visa est deinde inter maximum Divorum comitatum, sub preces divinas, è manu JORDANIS librum accipere: alias cubicula dormientium alumnorum lustrare. quin ipse Divus, festo quo